Incipit liber quintus · de Auaricia Deſcriptio Auaricie ·

Capitulū primū ·

Prudēci⁹ Hertur auaricia gremio precincta capaci
Quicq̄d lux⁹ edax precioſū liq̄rat / vnca
Corripuiſſe māu pulchꝛ̄ i ludibria vaſto
Ore ihiās / auriq; legēs fragmēta caduci
Inter arenarum cumulos / nec ſufficit amplos
Impleuiſſe ſinus / iuuat infarcire crumenis
Turpe lucrum et grauidos furtim diſtendere fiſcos
Quos leua celante tegit / laterisq; ſiniſtri
Velat adoperto / velox nam dextra rapinas
Abradit / ſpolijſq; vngues exercet aenos
Cura / fames / metus / anxietas / periuria / pallor
Corruptela / dolus / commēta / inſompnia / ſordes
Eumenides varie monſtri comitatus aguntur

Q̄ generalis ſit peſtis auaricie · Capitulū · ij

Ouidius Vix ego ſaturno quēq̄ regnante videbam
Cuius non animo dulcia lucra forent
Tempore creuit amor qui nunc eſt ſummus habendi
Vix vltra quo iam progrediatur habet
Pluris opes nunc ſunt q̄ priſci temporis annis
Dum populus pauper / dum noua roma fuit
Iura dabat populis poſito modo precor aratro
Et leuis argenti lamina crimen erat
At poſtq̄ fortuna loco caput extulit alto
Et tetigit ſummo vertice roma deos
Creuerunt et opes et opum furioſa libido
Et cum poſſideant plurima plura petunt
Sic quibus intumuit ſuffuſa venter ab vnda
Quo plus ſunt pote plus ſiciuntur aque ·

De auaricia ſacerdotum Capitulum · iij ·

Gracia ſummoꝝ merx eſt/nam gracia gratis Alda
Non datur/hanc ſolum prodigus emptoꝛ habꝫ
Venditur introitus templi prohibetqꝫ ſacerdos
Ante iouem vacuas munere ferre manus
Dat nemo gratis/quia gratis nemo recepit
Vendit quiſqꝫ quia vendidit alter ei
Gracia ſcoꝛtatur proſtans/turpiqꝫ redacta
Sub ꝑcio/emptores deuouet ipſa ſuos
Omnibus vt breuiter loquor/omnia vendit habendi
Impcioſus amoꝛ/omnia nūmus emit
Rerum mandato ſubſeruit ſumma poteſtas Otto

Reprehenſio ſacerdotum ſuper auaricia. Cap. iiij.

O Curue in terras animeꝛ celeſtium inanes Perſius
Quid iuuat hos templis veſtros imittē moꝛes
Et bona dijs ex hac ſcelerata ducere pulpa
Dicite o pontifices in ſancto quid facit aurum
Nempe hoc ꝙ veneri donate a virgine puppe
Quin damus id ſupis de magna quod dare lance
Non poſſit/magni maſſali lippa ꝓpago
Compoſitum ius fas animi/ſanctoſqꝫ receſſus
Mentis/et incoitum generoſo pectus honeſto
Hec cedo vt admoueam templis/ꝛ farre litabo

De auaricia principum. Capitulum. v.

An neſcis longas regibus eſſe manus Ouidi9.
Quicquid conſpiciuꝫ eſt pulchrūqꝫ eſt eqꝛe toto Iuuenal
Res fiſci eſt vbicumqꝫ natat donabitur ergo
Ne pereat piſcatoꝛ inops ratione rapine

De auaricia militum. Capitulum. vi.

Dico tibi rex quia non mandata/nec vlle Otto
Impellunt in bella ꝓces/vbi ꝑma rerum
Defuerint/res bella gerunt/res prelia ſedant

Commodius nunc argento pugnatur et auro
Que duo ſi deſint / nec mens capit arma nec enſis
Res placet / et fraudem nudat mens conſcia fraudi
Alexād. Nec mirum / ſiquidem venalia conſtat habere
Omnia / venalem et ductum mercede quiritem
Lucan⁹ Vſqꝫ adeo ſolus ferrum mortēqꝫ timere
.·. Ouidi Auri neſcit amor·:res immoderata cupido
Lucanus Nulla fides / pietaſqꝫ viris / qui caſtra ſequuntur
Venaleſqꝫ manus / ibi fas vbi maxima merces
.·. Alexā ⊥Non aurum pūgnat·.·Non auro bella geruntur
Sed ferro / non es / non opida regna tuentur
Sed virtus vireſqꝫ virum⊥ per prelia dira

¶ De diuerſis diuerſa placent· ¶ Capitulum·vij·

Oracius Qui ſit mecenas vt nemo q̄ ſibi ſortem
Seu ratio dederit / ſeu ſors obiecerit / illa
Contētus viuat / laudet diuerſa ſequentes
O fortunati mercatores / grauis annis
Miles ait / multo iam fractus membra dolore
Contra mercator / nauim iactantibus auſtris
Milicia eſt potior / quid em̄ concurritur hore
Momento / cita mors venit / aut victoria leta
Agricolam laudat Iuris legumqꝫ peritus
Sub gallicantu cōſultor vbi hoſtia pulſat
Ille datis vadibus / qui rure extractus in vrbem eſt
Solos felices viuentes clamat in vrbe

¶ De auaricia mulierum· ¶ Capitulum·viij·

Alda Non genus aut formā / mores ve requirit amātis
Femina / de precio queſtio prima ſuo eſt
Non dantem ſed munus amat / mentitur amorem
Ex dono / quātum donat amator / amat
Eſopus Thaida ſiquis amat / ſua / non ſe / noſcat amari

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Thais amore caret / munus amantis amat.

¶ De auaricia pauperum et de periurio. ¶ Cap. ix. — Iuuenal'

Quas habeat veneres aliena pecunia neſcis
Quem tua ſimplicitas riſum vulgo moueat / cū
Exigis a quoq̄ ne peieret et putet vllis
Eſſe aliquod numen templis / areqꝫ rubenti
Quātū quiſqꝫ ſua nūmorum ſeruat in archa
Tantum habet et fidei / iures licet / et ſamocratūm
Et noſtrorum aras contempnere fulmina pauper
Creditur atqꝫ deos / dijs ignoſcentibus ipſis
Sunt qui fortune iam lapſibus omnia ponant
Et nullo credant mundnm rectore moueri
Natura voluente vices et lucis et anni
Atqꝫ ideo intrepidi quecumqꝫ altaria tangunt
Eſt alius metuens ne crimen pena ſequatur
Hic putat eſſe deos / et peierat / atqꝫ ita ſecum
Decernat q̄dcumqꝫ deus de corpore noſtro
Dummodo vel ſecus teneam quos abnego nūmos
Vt ſit magna tamen certe lenta ira deorum eſt
Si curant igitur cunctos punire nocentes
Quādo ad me venient ſed et exorabile numē
Fortaſſe experiar / ſolet hijs ignoſcere / multi
Comittunt eadem diuerſo crimina fato
Ille crucem / precium ſceleris tulit / hic diadema
Hic animū dire trepidum formidine culpe
Confirmant / tunc te ſacra ad delubra vocanteꝫ
Precedit trahere p̄mo vltro ac vexare paratus
Tam facile et pronum eſt ſuperos contempnere teſtes
Si mortalis idem nemo ſciat aſpice quāta
Voce neget / que ſit ficti conſtancia vultus
Per radios ſolis / metuendaqꝫ fulmina iurat

Quicquid habent celorum armamentaria celi.

## De hijs qui pecunias auare cōgregant. Cap. x.

Oracius O Perit argentū/ pueriſqꝫ beata creandis
Vxor/ et inculte pacantur vomere ſilue
Quod ſatis eſt cui ↄtingit nichil amplꝰ optat
Non domus et fundus/ non eris aceruus et auri
Egroto domini deduxit corpore febres
Non animo curas/ valeat poſſeſſor oportet
Vt comportatis rebus bene cogitat vti
Catho. Dilige denarium ſed parce dilige formam
Quem nemo ſanctus nec honeſtus captat habere
Eger diues habet nūmos ſed non habet ipſum
Iuuenal Tantis parta malis/ cura maiore/ metuqꝫ
Seruantur/ miſera eſt magni cuſtodia cenſus
Oracius Qui cupit aut metuit/ iuuat illum ſic domus et res
Vt lippum picte tabule/ fomenta podagram
Auriculas cythare collecta ſorde dolentes
Querit/ et inuentis miſer abſtinet/ et timet vti
Paruula nam exemplum eſt magni formica laboris
Ore trahit quodcūqꝫ poteſt/ atqꝫ addit aceruo
Quē ſtruit haut ignara/ ac non incauta futuri
Que ſimul inuerſum contriſtat aquarius annum
Non vſqꝫ prorepit/ et illis vtitur ante
Que ſitis paciens/ cum te neqꝫ feruidus eſtus
Dimoueat lucro/ neqꝫ hyems/ ignis/ mare ferrū
Nil obſtet tibi/ dum ne ſit te dicior alter
Quid iuuat immenſum te argenti pondus et auri
Furtim defoſſa timidū deponere terra
Quod ſi cōminuas vilem redigatur in aſſem
Sed ni id fit/ quid habet pulchrum cōſtructꝰ aceruꝰ
Que virtus et quāta bonis ſit viuere parco

Non meus hic ſermo eſt/ſed dic quid referat intra
Nature fines viuenti/iugera centum
An mille aret ac ſuaue eſt ex magno tollere aceruo
Vtar et ex modico quãtum res poſcit aceruo
Tollam/nec metuam/quid de me iudicet heres
Quod non plura datis inuenerit/et tamẽ idem
Scire volam/quãtum ſimplex hilariſq;/nepoti
Diſcrepet/et quãtum diſcordet parcus auaro
Quãuis fluente diues auri gurgite Boecius
Non expleturas cogat auarus opes
Oneretq; bacis colla rubri litoris
Ruraq; centeno ſcindat aratra boue
Nec cura mordax deſerat ſuperſtitem
Defunctumq; leues non comitantur opes
Dic age cui ſeruas theſauros quos coaceruas Rapula.
In quibus heu temere ſpemq; fidemq; locas
Forſitan aut furi ſeruas/an forte tyranno
Vt fur diripiat vel violenta manus
Quid tibi foſſus humi cenſus/qui clauſus in archa
Eſtimo nullius vtilitatis erit

Quod peccatũ ſit colligere pecuniam. Capitulum. xi.

Magnum peccatũ eſt amor immoderatus habẽdi Proſper
Et plus q̃ vite ſufficiat cupiens
Si qua igitur ſuperant quorum nõ indiget vſus
Debilibus proſiut/atq; iuuent inopes
Quiſquis enim cupide non expendenda recondit
Que nulli tribuit pauperibus rapuit
Id minimum minimoq; magis prodeſſet egeno Eſopus.
Quod minimũ minimo credis auare minus
Terrenis opibus cum diues gaudet iniquus Proſp.
Veris ſe miſerum neſcit egere bonis

Nam quid erit quod non momento temporis vno
Perdere mundana condicione queat
Cum licet aduerſis ceſſantibus omnia pareant
Lege tamen mortis ſit faciendus inops
At bona iuſtorum nullis obnoxia dampnis
Hoſtes / furta / ignes / et mare non metuunt
Omnis virtutum ſemper ſubſtancia ſalua eſt
Omnis virtutum ſemper ſubſtancia ſalua eſt

De ſentencia auaricie eius improbatione. Cap. xij.

Oracius Et bona pars hominū decepta cupedine falſo
Nil ſatis eſt inquit / q2 tanti / quātum habeas ſis
Neſcis quo valeat nūmus / quem prebeat vſum
Panis ematur / olus / vini ſextarius / adde
Quis humana ſibi doleat natura negantis
Virtus / fama / decus / diuina humanaq2 / pulchris
Diuicijs parēt / q̄s qui conſtruxerit / ille
Clarus erit / fortis / iuſtus / ſapiens / etiam rex
O ciues ciues querenda pecunia primum eſt
Virtus poſt nūmos / hoc ſummus ianus ab imo
Perdocet / hoc retinent iuuenes dictata ſeneſq2
Leuo ſuſpenſi loculos tabulamq2 lacerto
Iuuenal' Vnde habeas querit nemo ſed oportet habere
Oracius Si quadringentis ſex / ſeptem milia deſint
Eſt animus tibi ſint mores / lingua fideſq2
Plebs eris / at pueri ludentes rex eris aiunt
Si recte facies hic murus aeneus eſto
Nil conſcire ſibi / nulla palleſcere culpa
Roſcia dic fodes melior lex / an puerorum
Nenia / que regnum recte facientibus offert
Is ne tibi melius / ſuadet / qui rem facias / rem
Si poſſis recte / ſi non quocumq2 modo rez

An qui fortune te reſponſare ſuperbe
Liberum et erectum preſens hortatur/et aptat
An vigilare metu examimē/noctesqꝫ dieſqꝫ
Formidare malos/fures/incendia/ſeruos
Ne te compilent fugientes/hoc iuuat horum
Semper ego optarim pauperrimus eſſe bonorum
Quid optari vel rogari debeat. Capitulū.xiij. Juuenal
Omnibus in terris que ſunt a gadibus vſqꝫ
Auroram et gangen/ pauci diſcernere poſſunt
Vera bona atqꝫ illis multa diuerſa remota
Erroris nebula/quid em̄ ratione timemus
Aut cupimus/ quid tam dextro pede concupis/vt te
Conatus non peniteat/votiqꝫ pacti
Euertere domos totas/optantibus ipſis
Dij faciles/nocitura toga/nocitura petuntur
Milicia et torrens dicendi copia/multis
Et ſua mortifera eſt facunda/viribus ille
Confiſus perijt/ammirandusqꝫ lacertis
Sed plures nimia cōgeſta pecunia cura
Strangulat/et cuncta exuperans patrimonia cēſus
Pauca licet portes argenti vaſcula puri
Nocte iter ingreſſus contum gladiumqꝫ timebis
Et mote ad lunam trepidabis arūdinis vmbram
Cantabit vacuus coram latrone viator
Plus audet dum neſcit inops/pauperqꝫ timere Alanus
Nil ergo optabunt homines Si conſilium vis Juuenal
Permittas ipſis expendere numinibus/quid
Conueniat nobis/rebuſqꝫ ſit vtile noſtris
Nam pro iocundis aptiſſima queqꝫ dabunt dij
Carior eſt illis homo/q̄ ſibi/nos animorum
Impulſu/ꝛ ceca magnaqꝫ cupidine ducti



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Coniugium petimus / partumqꝫ vxoris / at illis
Notum / quid pueri / qualiſqꝫ futura ſit vxor
Orandum eſt vt ſit mens ſana in corpore ſano
Fortem poſce animū / mortis terrore carentem
Qui ſpacium vite extremum inter munera ponat
Nature / qui ferre queat quoſcumqꝫ labores
Neſciat iraſci / cupiat nichil / et potiores
Erumpnas pauli credat ſeuoſqꝫ labores
Et venere et cenis et plumis ſardanapalli
Monſtro quid ipſe tibi poſſis dare / ſemita certe
Tranquille per virtutem patet vnica vite
Nullum numen abeſt ſi ſit prudencia / ſed te
Nos facimus fortuna deam celoqꝫ locamus

¶ Qꝫ ex auaricia multa mala prodeant. Cap. xiiij.

Iuuenal.

Pſſima pegrinos / obſcena pecunia mores
Intulit et turpi fregerunt ſecula luxu
Diuicie molles / quid enim venus ebria curat
Inguinis et capitis q̄ ſint diſcrimina neſcit
Ledere q̇d poterit ſaluis infamia nūmis
Vincant diuicie / nec ſacro cedat honori
Nup in hanc vrbem pedibus qui venerat albis
Quādo q̇dem inter nos ſanctiſſima diuiciarum
Maieſtas / et ſi funeſta pecunia templo
Nondum habitas / nullas nūmorum ereximus aras
Quid rome faciam mentiri neſcio / librum
Si malus eſt nequeo laudare et poſcere / motus
Aſtrorum ignoro / funus promittere patri
Nec volo / nec poſſum / ranarum viſcera nūq̄
Inſpexi / ferre ad nuptam / que mittit adulter
Que mandat / norint alij / me nemo miniſtro
Fur erit / atqꝫ ideo nulli comes / exeo tamq̄

Mancus / et extincte corpus non vtile dextre
Quis non diligitur niſi conſcius / ꝛ cui feruens
Eſtuat occultis animus ſemperqz tacendis
Nil ſibi te debere putat nil conferet vnq̄
Participem qui te ſecreti fecit honeſti
Carus erit verri / qui verrem tempore quo vult
Accuſare poteſt / tanti tibi non ſit opaci
Omnis arena tagi / qdqz in mare voluitur aurum
Vt ſompno careas / ponendaqz premia ſumas
Triſtis / et a magno ſemper timearis amico
Inde fere ſcelerum cauſe / nec plura venena
Miſcuit / aut ferro graſſatur ſepius vllum
Humane mentis vicium q̄ ſeua cupido
Indomiti cenſus / nam diues qui fieri vult
Et cito vult fieri / ſed que reuerencia legum
Quis metꝰ aut pudorē vnq̄ properātis auari
Nil vetitum feciſſe volet / quē non pudet alto
Per glaciem pone tegi / qui ſubmouet euros
Pellibus inuſtis peregrina ignotaqz nobis
Ad ſcelus atqz nefas quecumqz et purpura ducit
Effunduntur opes irritamenta malorum — Ouidius
Iamqz nocens ferrum / ferroqz nocencius aurum
Prodierat / prodit bellum qd pūgnat vtroqz
Viuitur ex rapto / non hoſpes ab hoſpite tutus
Non ſocer a genero fratruꝫ quoqz gracia rara eſt
Imminet exicio vir coniugis / illa mariti
Lurida terribiles miſcent aconita nouerce
Filius ante diem patrios inquirit in annos
Alligat immodicus quēlibet eris amor — Geta
Victa iacet pietas et virgo cede madentes — Ouidius
Vltima celeſtem terras aſtrea reliquit.

De fugiendo auaricia. Capitulum. xv.

Thobias DEſit auaricie ſex/cui ſua deeſſe ſtupeſcit
Copia nuda/ſitis ebria/plena fames
Oracius Si latus aut renes morbo temptantur acuto
Quere fugam morbi/vis ſanus viuere/quis non
Si virtus hec vna poteſt dare fortis omiſſis
Hoc age delicijs virtutem verba putas vt
Lucum ligna/caue ne portus occupet alter
Si tibi nulla ſitim finiret copia limphe
Narrares medicis/quid quāto plura paſti
Tanto plura cupis nulli ne faterier audes
Si vulnus tibi monſtrata radice vel herba
Non fieret leuius fugeres radice vel herba
Proficiente nichil curarier/audieras/cui
Rem dij donarent/illi diſcedere prauam
Stulticiam/cum ſis nichilo ſapiencior ex quo
Plenior es/tamen vteris monitoribus hijſdem
Ac ſi diuicie prudentem reddere poſſent
Si cupidum timidumqꝫ minus te/nempe ruberes
Viueret in terris te ſiquis auarior vno
Iuuenal Senſit alexander teſta cum vidit in illa
Magnū habitatorem/q̄to felicior hic/qui
Nil cuperet/q̄ qui totum ſibi poſceret orbem
Oracius Deniqꝫ ſit finis querendi/cūqꝫ habeas plus
Pauperiem metuas minus/et finire laborez
Incipias/parto quod habebas ſufficienter
Semper auarus eget/certum voto pete finez
Eſt modus in rebus/ſunt certi deniqꝫ fines
Quos vltra citraqꝫ nequit conſiſtere rectum

De petendo. Capitulum. xvi.

Si quid agis prudenter agas et reſpice fineꝫ — Eſopus
Ferre minora volo ne grauiora feram
Quod iuſtum eſt petito vel quod videatur honeſtum — Catho.
Nam ſtultum eſt petere quod poſſit iure negari
Vera loqui detur tranſgreſſor iuris habetur — zozimas
Qui rogat illa dari que poſſunt iure negari
Coram rege/ſua de paupertate tacentes — Oraciꝰ.
Plus poſcente ferent/diſcat/ſumas ne pudenter
An capias .·. veniet claſſis quocūqꝫ vocarit — .·. Iuue.
Spes lucri .·. quid non mortalia pectora cogis — .·. Virgi.
Auri ſacra fames meritūꝫ metire .·. repulſam — .·. Alexā.
Ex merito patitur qui poſtulat vlterius/ꝙ̃
Promeruit/ſpes que meritum non preuenit/a ſpe
Deuiat/et partitur ei preſumptio nomen
Vt ſua dent homines ſemper ſperare iubentur — Querulꝰ
Donec ſpē vanam res male lapſa probet
Non igitur debent pro vanis certa relinqui — Eſopus
Non ſua ſiquis amat/mox caret ipſe ſuis
Iure equidem .·. certa preſencia parua — .·. Hiricꝰ
Futuris ambiguis magnis vtiliora puto
Reddere lentus erit hilaris promiſſor/et audax — Querulꝰ
Ad promiſſa/parum credulitatis habet
Multa fidem promiſſa leuant vbi plenius equo — Oracius
Laudat venales qui vult extrudere merces.

De ſimulatione auaricie. Capitulū. xvij.

Fallit auaricia ſpecie virtutis/et vmbra — Iuuenal
Cum ſe triſte habitu vultuqꝫ et veſte ſeuerum
Fit virtus ſpecie vultuqꝫ ⁊ veſte ſeuera — Prudēciꝰ
Quā memorant frugi/parce cui viuere cordi eſt
Et ſeruare ſuum/tamꝙ̃ nil raptet auare
Quod rapere et clepe eſt/auideqꝫ abſcondere parta

ſatorum curam dulci ſub nomine iactat
Juuenal Nec dubie tamq̄ frugi laudatur auarus
Tamq̄ parcus homo/ et rerum tutela ſuarum
Et pater/ ergo animi felicis credit auarus ·

// De hijs qui poſteris theſaurizant· // Cap̄·xviij·

Oracius Parcus ob heredis curam nimiumq; ſeuerus
:·Queru Aſſidet inſane·:· Certe nichil equius / equi
Diſpenſant ſuperi q̄ ꝙ auarus eget
Oraciꝰ· Vndiq; dicatur merito delirus et amens
Qui nūmos aurumq; recondit/ neſcius vti
Compoſitis / metuenſq; velud contingere ſacrum
Ieuenal Sed quo diuicias hec per tormenta coactas
Cum furor haut dubius / cum ſit manifeſta freneſis
Vt locuples moriaris egentis viuere fato
Eſopus Pauperius nichil eſt/ q̄ miſer vſus opum
Querulꝰ Gaude quiſquis eris / ne poſt te gaudeat alter
Vtere quas nutris alter habebit opes
Catho Vtere queſitis opibus fuge nomen auari
Quid tibi diuicie/ ſi pauper ſemp̄ habundas
Vtere queſitis modice cum ſumptus habundat
Labitur exiguo qđ partum eſt tempore longo
Perſꝰ Indulge genio/ carpamus dulcia/ noſtrum eſt
Qđ viuis / cinis et manes et fabula fies

// Q; beatum ſit nichil deſiderare· // Capitulu;·xix·

Oracius Nil ammirari prope res eſt vna numaci
Solaq; que poſſit facere et ſeruare beatum
Qui timet hijs aduerſa/ fere miratur eodem
Quo cupiens pacto/ timor eſt vtrobiq; moleſtus
Improuiſa ſimul ſpecies exterret vtrumq;
Gaudeat/ an doleat/ cupiat/ metuat ve/ quid ad rem
Si quicquid vidit melius peius ve ſua ſpe

Defixis oculis animoqꝫ et corpore torpet
Inſani ſapiens nomen feret/equus iniqui
Vltra ꝙ̄ ſatis eſt virtutem ſi petat ipſam
I nunc argentum/et marmor vetus/eraqꝫ et artes
Suſcipe cum gemmis tyrios mirare colores
Gaudet ꝙ ſpectant oculi te mille loquētem
Gnauus mane forum veſpertinus pete tectum
Multis occulto creſcit res fenore/ꝙ ſi
Frigida curarum fomenta relinquere poſſes
Quo te celeſtis ſapiencia duceret ires
Scilicet vxorem cum dote fidemqꝫ et amicos
Et genus et formam regina pecunia donat
Ac bene nūmatum decorat ſuadela venuſqꝫ
Exilis domus eſt vbi non et multa ſuperſūt
Et dominū fallunt et proſunt furibus/ergo
Si res ſola poteſt facere et ſeruare beatum
Hoc primus repetas opus/hoc poſtremus omittas

Ne quis aliena concupiſcat  Capitulū.xx

Non cupidum faciat aliena pecunia nulluꝫ  Thobias
Alterius dampnis luxuriare decet
Vt p̄imas quēquā nullum tibi ſuadeat aurum  Eſopus
Nam decus et vitam/meſta rapina rapit
Non furtum facias .i. animū nullius egentem  i. Alexā.
Non res efficiunt/ſed ſufficiencia/quāuis
Sic modicum ſi ſufficiat nullus egebis
Que nocitura times ꝙ̄uis ſint cara relinque  Catho.
Vtilitas opibus preponi tempore debet

Qꝫ omnis auarus ſit ſeruus pecunie.  Cap.xxi.

Quo melior ſeruo/quo liberior ſit auarus  Oracius
In triuijs fixum cum ſe demittit ob aſſem
Non video/nam qui cupiet/metuet quoqꝫ/porro

Qui metuens viuit/liber michi non erit vmqꝫ
Perdidit arma/locum virtutis deſeruit/qui
Semper in augenda feſtinat/et obruitur re
Thobias Seruit habens habitis/nec habꝫ/ſed habetur·auarꝫ
Cenſus habet domino predominātur opes
Oracius Ceruus equū pungna melior/cōmunibus herbis
Pellebat/donec minor in certamine longo
Implorauit opes hominis/frenūqꝫ recepit
Sed poſtq̄ victor violens diſceſſit ab hoſte
Non equitem dorſo/non frenū depulit ore
Hic qui pauperiem veritus/potiore mētallis
Libertate caret/dominū vehet improbus/atqꝫ
Seruiet eternum/quia paruo neſciet vti
Cui non conueniet ſua res vt calceus olim
Si pede maior erit ſubuertet ſi minor vrget
Letus ſorte tua viuas ſapienter ariſti
Aurora· Nemo poteſt digne dominis ſeruire duobus
Diuicijs hominū/delicijſqꝫ dei
Diuicijs ſeruit/qui mentem figit in illis
Seruit et ille deo qui bona ſemper amat
Quere dei regnum prius/et precepta ſequaris
Eius/et addentur a patre cuncta tibi
Thobia Te non excruciet cenſus/ſitis ebria/cuius
Pullulat ex guſtu multiplicata fames

## Qꝫ iure naturali omnia ſint cōmunia· Cap̄·xxij·

Idem Iure poli/non iure fori/communia conſtant
Omnia/libertas vnica/parqꝫ ſtatus
Iure poli ꝓprium michil eſt/a iure forenſi
Improbus emergit ꝓprietatis amor
Ouidius Nec ſolem ꝓprium natura nec aera fecit
Nec tenues vndas/vſus cōmunis aquarum eſt

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Omne ſolum forti patria eſt/vt piſcibus equor
Et volucri/vacuo q̄cquid in orbe patet
Si ius nature petimus/ſi pendimus equum ... Varro·
Si rerum iuſtis metimur partibus vſum
Omne homini commune ſolum/ſed iura peroſus
Publica/ſacrilegis naturam barbarus auſis
Contrahit/et ꝓprios terram phariſeat in vſus

Q homo nichil poſſit habere ꝓprium· Cap̄·xxiij·

Heu quid opre opibus cumulas/q̄d ꝓpria q̄ris ... Thobias
Cum ſe nemo q̄at appropriare ſibi
Nil poſſeſſus habet/nam quiſquis habetur/habere
Nulla poteſt/ſe non poſſidet/ergo nichil
Cum nequeas tuus eſſe tuum nichil eſt/ſuus eſſe
Nemo poteſt/ergo nil reor eſſe ſuum
Rebus ab humanis excludit ꝓpria/claudens
Omnia pugillo primipotentis aper
Rurſus nil homini ꝓprium permittit habere
Mortis hyemps/vitam terminat/era rapit
Mortis ad occurſum ceſſat poſſeſſio/tranſit
Ad dominos/et habens/et quod habetur/abeſt
Seruus auaricie ſibi non dominatur/abutens
Arbitrio ꝓprio· ꝓprietate caret
Hic tria deppropriant proprium· diuina poteſtas
Claudiens cuncta· iugū mortis· auara lues
Vix∴ ꝓprium quicq̄ puncto quod mobilis hore ... ∴·Ouidꝰ
Nunc preces· nūc precio· nūc vi· nunc morte ſup̄ma
Permutat dominos· et cedit in altera iura
Si qua perpetuus nulli datur vſus et heres
Heredem alterius· velud vnda ſuperuenit vndam
Quid vici proſunt aut horrea· ſi metit orcus
Grandia cum paruis· non exorabilis auro

De bono libertatis. Capitulum. xxiiij.

Lucanus O Bona libertas :. Non ē m copia tāti :. Hinri.
Vt ſeruus fieri ventris amore velim
Dicior eſt liber mendicus / diuite ſeruo
Seruus habet nec ſe / nec ſua / liber habet
Libertas predulce bonum / bona cetera condit
Qua niſi conditur nil ſapit eſca michi
Quā timor obnubit non eſt ſincera voluptas
Non eſt ſollicito dulcis in ore fauus
Rodere malo fabam ꝙ̄ cura perpete rodi
Degenerare facit cura diurna cibos
Nolo velle meum pro turpi vendere lucro
Hinrici Malo macer liber ꝙ̄ piguis ſeruus haberi
Res bona libertas / res onero ſa iugum
Eſopus Non bene pro toto libertas venditur auro
Hoc celeſte bonum preterit orbis opes

Quis ſit liber. Capitulum. xxv.

Oracius Quis nam igitur liber / ſapiens / ſibiqȝ imperioſus
Quē neqȝ paupies / neqȝ mors / neqȝ vicla terrēt
Reſponſare cupidinibus contempnere mortem
Fortis / et ſeipſo totus teres atqȝ rotundus
Vir bonus et ſapiens audebit dicere Pentheu
Rector thebarum / quid me perferre / patiqȝ
Indignū coges / adimam bona / nempe / pecus / rem
Lectos / argentum / tollas licet / in manicis et
Compedibus / ſeuo te ſub cuſtode tenebo
Ipſe deus / ſimul atqȝ volam / me ſoluet opinor.
Hoc ſentit moriar / mors vltima linea rerum eſt.

De elemoſina facienda. Capitulū. xxvi.

Thobias Dum ꝓprium michil eſſe ſcias eſt dāda facultas
Queqȝ detenta nocet / particulata iuuat

Diſpenſa quod habes vt conſulit vſus / ad vſum
Non ad auaricie papula confer opes
Da nudis / da pauperibus / te pinguibus vti
Decet / in mēbris eſuriente deo
Si deſint vires / tamen eſt laudanda voluntas
Frange aliquid largire inopi largire petenti — Perſius
Da cito da gratis gratum / ne gracia fiat — Thobias
Venalis / grato munere gratus eris
Non nūq̄ qui rem differt / dum craſtinat / aufert — Otto.
Sepeq̄ nocturna mora procelatur in annū
Prodigus et ſtultus donat que ſpernit ꝛ odit — Oracius
Vir bonus et ſapiens / dignis agit eſſe paratum
Nec tamen ignorat / quid diſtent era lupinis
Dignum preſtabo me etiam pro laude merentis
Vilis amicorum eſt annona / bonis vbi quid deeſt
Donum nobilitat dator : accepriſſima ſemper — Ouidi.
Munera ſunt / auctor que precioſa facit
Quod donare potes gratis concede roganti — Catho.
Nam recte feciſſe bonis / in parte lucroſum eſt

De effectu elemoſine. Capitulū. xxvij.

Liberat a mortis laqueis elemoſina / ſordes — Thobias
Abluit / auctori dulce perorat opus
Vitam perpetuat venturam / preſtat honorem
Corporeum / preſtat ſpirituale decus

De contempnendis terrenis diuicijs. Caꝑ. xxviij

Securam quicumq̄ cupis perducere vitā — Catho.
Deſpice diuicias ſi vis animo eſſe beatus
Omnes vincit opes ſecuram ducere vitam — Eſopus
Non fragiles ſecteris opes / quas ſpernere debet — Arator.
Cum domino / qui diues erit / hec nempe facultas
Forcior eſt / de parte magis conquirere totum

Atqꝫ caducorum penſare manencia cauſis
Et queſtum per dampna ſequi/non prodigi rerum
Venditoꝛ iſta facis/ſed que tua iura tenere
Ambicioſe cupis/quoqꝫ in tempoꝛe linquis
Quod ſemper vis eſſe tuum/ſic ſpargere cura
Nolle carere fuit/quid enim ſubſtancia prodeſt
Que ſeruata perit/quã ſideris arce locatam
Commodius qui cedit habet pete creditoꝛ inde
Vſure maioꝛis opem/gazaſqꝫ reconde
Quo nequeant aduerſa pati/non deterit vllas
Perpetuas ibi caſus opes/ſine fine tenebis
Quas dominũ debere facis/nunc aſpice partes
Lectoꝛ docte pias/et tecum mente ſagaci
Volue/quid eſſe putes rutili quia pompa metalli
Ponitur ante pedes/ſacris non tradita dextris
Veſtitui debere probant/quod tangere vitant
Calcandumqꝫ docent quod ſubdunt greſſibus aurũ
De quo terrene veniunt ad pectoꝛa cure
Conſimili iactatur humo/quo ſiſtat auare
Mens tua diſce loco/qꝫ tu cuſtodis anhelus
Quod ſtatione premis/qꝫ cerne re ſepius arces
Cuius in amplexus per ſompnia cuncta recurris
Hoꝛeſcunt tractare pij/nec tunc quoqꝫ geſtant
Cum bona facta parant/quãtum ſpeculantur in illo
Stare nefas et dona gerens/contempnitur aurum
Oraclus — Quicquid ſub terra eſt in apricum proferet etas
:.Oratoꝛ — Defodiet condetqꝫ nitencia/.·.demqꝫ quãdo
Auri ceſſit amoꝛ/ꝗ pectoꝛa ſemper adurit
Quo capitur moꝛtale genus/qua pullulat omne
Ex radice malum/cuius violencius arxt
Ambicio/creſcente modo ſtimulantqꝫ rapinis

Addita lucra famem· ¦ Pereat qui craſtina curat :·Virgi·
Quis modus argento / quid fas optare / quid aſper
Vtile nūmus habet / patrie cariſqꝫ ꝓpinquis
Quātum elargiri deceat per plurima diſce Perſius

¶ Qꝫ non ſit ſollicitandum de craſtino· ¶ Cap̄·xxix

Nec te ſollicitet res craſtina / ne cibus aluo Prudēci⁹
Defuerit / redeunt eſce cum ſole diurne
Nonne vides / ꝙ nulla auium cras cogitet / ac ſe
Paſcendam preſtante deo non anxia credat,
Ne trepidate homines / vite dator / et dator eſce eſt

¶ Qꝫ vnuſquiſqꝫ contentus debeat eſſe ſuis· Ca·xxx·

Eſſe ſui iuris hominem / ſua / ſeqꝫ tueri Alexād·
Contentum eſſe ſuis / alienum nolle / beatum
Efficiunt / igitur ſiquid queſieris vltra
Excedunt tua vota modum / finemqꝫ beati
Quod nimium eſt fugito / paruo gaudere memento Catho·
Sunt meriti magni cum magno parta labore Otto·
Quid tibi diuicijs opus eſt / que ſemper auaro
Eſuriem pariunt / quāto tibi plura paraſti
Tanto plura petis / et habendis acrius inſtas
Interea pleno cum turget ſacculus ore Iuuenal
Creſcit amor nūmi / quātum ipſa pecunia creſcit
Et minus hunc optat / qui non habet / ergo patur
Altera villa tibi / cum rus non ſufficit vnum
Sicqꝫ famē faciens / defectum copia nutrit
Proinde manu preſſa / digitiſqꝫ tenere recuruis
Fortunam memor eſto tuam / quia lubrica ſemper
Et leuis eſt / nūꝙ̄qꝫ poteſt inuita teneri
Sumpta quies / nil velle ſuper ꝙ̄ poſtulat vſus Prudēci⁹
Debitus / vt ſimplex almonia / veſtis et vna
Infirmos tegat / et recreet mediocriter artus

Ingreſſurus iter pata ne tollito/neue
De tunice alterius geſtamine prouidus eſto
Catho. Rebus et in cenſu ſi non eſt quod fuit ante
Fac viuas contentus eo quod tempora prebent
Commoda nature nullo tibi tempore deerunt
Si contentus eo fueris quod poſtulat vſus
Oracius Si ventri bene/ſi lateri/pedibuſqꝫ tuis/nil
Diuitie poterunt regales addere maius
Pauperiem modico contentus ſemper amaui
Maximꝰ Et rerum dominus/nil cupiendo fui

¶ De paupertate. ¶ Capitulū.xxxi.

Eſopus Paupertas ſi leta venit/tutiſſima res eſt
Triſtior immenſas paupertat vſus opes
Thobias Pauperiem ditet pax opulenta michi
Paupertatis honus/honor eſt pacientibus/ymmo
Semina virtutum cōmodiora facit
Nec defectus opum/ſed deſperacio/confert
Pauperiem/mentis deficiente ſtatu
Non rerum cumulus/ſed ſufficiencia mentis
Ditat/ſufficiant paucula/diues eris

Thobias ¶ Quid deceat pauperem. ¶ Capitulum.xxxij.

Pauperiem conſulta regat paciencia/pauper
Succincta ſtudeas ſobrietate frui
Pauper delicias fuge/pauperis exigit eſſe
Iuuenal Simplicitas humilis ingenioſa comes
Quid/quod materiam prebet/cauſaſqꝫ iocorum
Omnibus/hoc idem/ſi fetida et ſciſſa lacerna
Si toga ſordidula eſt et rupta/calceus alt̄
Pelle patet vel ſi conſuto vulnere/craſſum
Atqꝫ recens linum oſtendit non vna cicatrix
Nil habet infelix paupertas durius in ſe

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Qui q̄ ridiculos homines facit/ exeat inquit
Si pudor eſt/ et de puluino ſurgat equeſter
Stulticiam paciuntur opes .·. ſecunda virorum Oraci9
Paupertas fugitur/ totoq; accerſitur orbe .·. Luca.
Quo gens queq; perit/ proch lucri pallida tabes
Non deeſt prolato ieiunus venditor auro

Quod pauperes arte et officio ſe debeant ſuſtentare.

Capitulū .xxxiij.

Cum tibi ſint nati/ nec opes/ tunc artibus illos Catho.
Inſtrue/ quo poſſint inopem defendere vitam
Nam ſolet ars dominū ſepe iuuare ſuum Pāphil9
Rebus et in multis ars adiuuat officiumq;
Pauper ſepe ſuo paſcitur officio
Et gaudet locuples/ qui flere ſolebat egenus
Et modo vadit eques/ qui fuit ante pedes
Quod donare ſibi minime potuere parentes
Hoc exercenti iam dedit officium
Ergo tuis primum ſi non fauet ille loquelis
Arte vel obſequio/ fac tamen vt faueat
Officiumq; tuum ſi primo ferre recuſet
Tu ſeruire tamen eſto paratus ei
Ars animos frangit et firmas diruit arces
Arte cadunt turres/ arte leuatur onus
Hic prohibet cornix pociorem viribus arcem Hinric9
Que/ quod non potuit viribus/ arte poteſt
Et piſcis liquidis deprenditur/ arte ſub vndis Pāphil9
Et pedibus ſiccis per mare currit homo
Exiguo pulchram ducit ſollercia vitam
Concipit ingentes animos immanis egeſtas
Et facit artificem ſepius hoc hominem
Deſperare nocet/ totum labor improbus implet

Arſqꝫ vigil/magnas ſepe miniſtrat opes
Plus homini lenta ꝗ̄ nulla valent lucra/iure
Qui lucra lenta fugit/dampna repente ſubit.

Explicit liber Quintus.

Incipit liber Sextus. De tribus ancillis carnis

Capitulum primum.

Thobias Sunt carnis famle tres/lubrica ligua/ſoluti
Renes ingluuies ambicioſa gule
Renes vana petūt/gula deuorat/ebria ligua
Palpitat/et currit labiliore rota.

Qꝫ non ſit indulgendum Gule. Capitulū.ij

Catho Indulgere gule noli/que ventris amica eſt
Thobias Quid ſeruire gule prodeſt/ vt predo macelli
Venter/precipiti pondere mēbra premat
Vt viuant comedunt prudentes/hyſtrio viuit
Vt comedat/vendit predia/vendit agros
Ventre ſaginato/veneris ſuſpirat ad vſum
Carnis amica caro/carnea mēbra petens

De conuiuijs regum. Capitulum.iij.

Iuuenal Fructus amicicie magne cib9/imputat hūc rex
∴ Oraci9 Et q̄uis raro tamē imputat ergo ∴ ſuperbuꝫ
Conuiuam caueo/qui me ſibi compat et res
.∵ Luca. Deſpicit exiguas .∵ O multum prodiga rerum
Luxuries/nūꝗ̄ puo contenta paratu
Et q̄ſitorum terra pelagoqꝫ ciborum
Ambicioſa fames/et laute gloria menſe

De guloſis. Capitulum.iiij.

Iuuenal Non propter vitam faciunt patrimonia quidaꝫ
Sed vicio ceci ꝓpter patrimonia viunt
Oracius Nos numerus ſumus et fruges conſumere nati
Sponſi penelopes/nebulones/altinoiqꝫ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf